This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



600107752S

STATUTA.

STATUTA

DIOECESEOS OGDENSBURGENSIS

QUÆ IN

SYNODO OGDENSBURGENSI I,

A. D. 1875,

LATA AC PROMULGATA FUERE

AB

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO DOMINO

EDGARO P. WADHAMS,

EPISCOPO OGDENSBURGENSI.

TROY, N. Y.
EXCUDEBAT T. J. HURLEY.
1875.

110 . j . 460 .

PROOEMIUM.

Concilii Baltimorensis Plenarii II (Tit. xiv, n. 533) obsequens monitis, "quatenus in omnibus executioni mandentur hujus Plenarii Concilii Decreta," et simul providere cupiens solutionem quæstionibus quibusdam opportunis in eo Concilio non decisis, quamprimum potuit, Synodum suæ novæ Diœceseos convocari curavit primus Episcopus Ogdensburgensis, Ill^{mus} ac Rev^{mus} EDGARUS P. WADHAMS. Ad hanc invitati sunt omnes tum Sæculares, tum Regulares Diœceseos Sacerdotes, quotquot legitime non essent impediti. Primum pars eorum circiter media die 9^{a} Julii in civitatem episcopalem convenerunt, ubi pie sub directione Rev. P. GUILLELMI WAYRICH, C. SS. R., obierunt prævia annui secessus exercitia spiritualia, quibus rite absolutis, et cæteri Synodales accesserunt, ac tunc, die 13^{a} Julii, opus indictum auspicatus est Ill^{mus} Episcopus, hora nona celebrando Missam pontificalem de Spiritu S., cui fere omnis Clerus et magnus fidelium numerus interfuerunt. Concione præclara mox

de natura et scopo Synodi ac de Ecclesiæ divina constitutione verba fecit disertus idem Rev. P. WAYRICH, post quam aperta est Prima Synodi Sessio, recitatis precibus quæ in Pontificali Romano pro inchoatione Synodi præscribuntur. In ea suos Consultores designavit Ill^mus^ Episcopus sequentes:

Rev. Adm. D. JACOBUM MACKEY, V. G.
Rev. D. EDMUNDUM M. DE PAUW.
" JACOBUM HOGAN.
" RICHARDUM J. MOLONEY, O. M. I.
" GEORGIUM JEANNOTTE.
" JOANNEM E. O'HAIRE.

Proclamati sunt posthæc:

SYNODI OFFICIALES.

Promotor..... Rev. Adm. D. JACOBUS MACKEY, V. G., *Ogdensburg.*
Vice Promotor..... Rev. D. EDMUNDUS M. DE PAUW, *Chateaugay.*
Procuratores Cleri .... { Rev. D. JACOBUS HOGAN, *Watertown.* / Rev. D. GEORGIUS JEANNOTTE, *Og'burg.*
Secretarius et Cancellarius, Rev. D. JOANNES E. O'HAIRE, *Og'burg.*
Magistri Cæremoniarum, { Rev. D. JACOBUS J. SHERRY, *Malone.* / Rev. D. CYRILLUS FOURNIER, C. S. V. *Ogdensburg.*

Designati sunt etiam:

Examinatores Librorum, { Rev. D. JACOBUS J. SHERRY. / Rev. D. JACOBUS B. LEGRAND.
Examinatores Cleri.... { Rev. D. THOMAS MCNALLY. / Rev. D. LUCAS HARNEY. / Rev. D. THOMAS WALSH.

Legit deinde Rev. D. Secretarius Decreta de Residentia et de Professione Fidei juxta formulam Pii PP. IV, quam ipsam prælectam omnes præsentes Patres bini et bini accedentes super Sacra Evangelia juramento firmarunt, hisque peractis, finem primæ Sessioni imposuit Ill^{mus} Episcopus solemniter impertiendo benedictionem suam episcopalem.

Hora pomeridiana secunda cum dimidio convenit secunda Synodi sessio in sacello conventuali Beatæ Mariæ de Victoriis trans flumen Oswegatchie, ubi etiam secessus exercitia spiritualia feliciter habita fuerant. In ea primum sermonem brevem ad congregatum Clerum fecit Rev^{mus} Episcopus, post quem, quo liberius de propositis Statutis deliberarent Synodales, ad tempus in contiguum conclave recessit. Tunc, incepta discussione, Decreta Concilii Plenarii II Baltimorensis, necnon Conciliorum Provincialium Neo-Eboracensium, et Constitutiones pariter anteactarum Synodorum Albanensium declarata sunt approbata, et acceptata sunt tanquam promulgata et vim legis habentia in hac Diœcesi. Lecta sunt deinde et perpensa Statuta jam parata et pro occasione typis impressa, ac, paucis mutatis, salvo beneplacito Ordinarii, votis omnium Patrum præsentium probata et sancita fuerunt.

Ad finem perducta deliberatione, Synodum iterum ingressus est Ill^{mus} Episcopus et omnes invitavit ad specialem conventum hora septima cum dimidia vespertina ad quædam consideranda negotia, quæ, etsi non ad Synodum spectantia, non parvi tamen erant momenti, id quod reapse tempore factum est indicato.

Postridie mane, die 14^{a} Julii, ultimam Synodi sessionem inchoavit Ill^{mus} Episcopus, celebrando Sacrum omnibus præsentibus, et mox læto sermone Clerum suum de felici Synodi exitu summopere gratulatus, declaravit nova Statuta, etsi ex nunc promulgata, vim tamen non habitura, priusquam typis mandata in omnium manus venerint. Admonuit paterne omnes ut in praxim deducant fideliter Leges Diœcesanas juxta spiritum et litteram, et, cunctos exhortatus ut erga invicem semper foveant charitatem fraternam, nominibus omnium vocatis a Rev. Secretario, cum benedictione episcopali singulos ad sua cum pace dimisit.

SYNODALES.

Præter Synodi Officiales affuerunt sequentes:

E CLERO SÆCULARI.

Rev. D.	FABIANUS BARNABÉ	*Keeseville.*
"	JOSEPHUS BUTLER	*Ticonderoga.*
"	JOANNES J. BRENNAN	*Massena Springs.*
"	JOANNES H. CARRIÈRES	*Champlain.*
"	JOANNES CONLAN	*Croghan.*
"	JOANNES CRAVEN	
"	ALEXIS DELPHOS	*Moore's Forks.*
"	TOBIAS GLENN	*Keeseville.*
"	LUCAS HARNEY	*Port Henry.*
"	PETRUS O. LA ROSE	*Watertown.*
"	NARCISSUS Z. LORRAIN	*Redford.*
"	JOANNES B. LEGRAND	*Malone.*
"	JOANNES J. MCDONALD	*Potsdam.*
"	THOMAS MCNALLY	*Fort Covington.*
"	FLORENTIUS MCCARTHY	*Waddington.*
"	JACOBUS MCGOWAN	*Cadyville.*
"	GUILLELMUS NYHAN	*Lowville.*
"	AMBROSIUS NOLIN	*Cherubusco.*
"	JACOBUS O'DRISCOLL	*Canton.*
"	GUILLELMUS ORTH	*Mohawk Hill.*
"	THOMAS PLUNKETT	*Sterlingville.*
"	PETRUS POISSANT	*Rouses' Point.*
"	PETRUS H. RYAN	*Brushe's Mills.*
"	J. ANDREAS ROY	*Corbeau.*
"	GUILLELMUS ROSSITER	*Redwood.*
"	JACOBUS SMITH	*Ausable Forks.*
"	JACOBUS R. SCANLAN	*Brasher Falls.*

Rev. D. Hugo Shields ..... *Essex.*
" Josephus Taney ..... *Minersville.*
" Carolus M. Turgeon..... *Trout River.*
" Thomas Walsh..... *Hogansburg.*
" Edmundus Walshe..... *Cape Vincent.*

E CLERO REGULARI.

Rev. P. Joannes J. Fedigan, O. S. A..... *Carthage.*
" Richardus J. Moloney, O. M. I..... *Plattsburg.*
" Alexander Trudeau, O. M. I..... *Plattsburg.*

ABFUERUNT.

E SÆCULARIBUS.

Rev. D. Josephus Arents ..... *Clayton.*
" Eugenius Carroll ..... *Port Leyden.*

E REGULARIBUS.

Rev. P. Alexis Medevielle, O. M. I..... *Plattsburg.*

INDEX RERUM.

			Pag.
Caput	I,	— De præviarum Synodorum acceptatione et promulgatione	1
Caput	II,	— De Fide catholica	2
Caput	III,	— De Sacramentis in genere	4
Caput	IV,	— De Baptismo	7
Caput	V,	— De Confirmatione	10
Caput	VI,	— De Sanctissimo Sacramento Eucharistiæ,	11
Caput	VII,	— De Benedictione Sanctissimi Sacramenti et de Quadraginta horarum Expositione	15
Caput	VIII,	— De Sacramento Pœnitentiæ	16
Caput	IX,	— De Extrema Unctione	19
Caput	X,	— De Ordine	20
Caput	XI,	— De Matrimonio	21
Caput	XII,	— De Cultu Divino	25
Caput	XIII,	— De Patrona Diœceseos et de ecclesiarum Festo patronali	28
Caput	XIV,	— De Regimine ecclesiarum	29
Caput	XV,	— De Sepultura ecclesiastica	32
Caput	XVI,	— De Bonis ecclesiasticis	34
Caput	XVII,	— De Societate mutui subsidii	38
Caput	XVIII,	— De Collationibus et Examinibus Ecclesiasticis	39
Caput	XIX,	— De vita et honestate Clericorum	39
Appendix	I,	— Nota de ecclesia Anno D. 1749 erecta in situ præsentis civitatis Ogdensburgensis	45
do	II,	— Textus supplementi Legis "*for the incorporation of religious societies*"	46

PAG.

APPENDIX III, — Formula "*of incorporation*" 49

do IV, — "*By-Laws*" quarum adoptio commendatur parœciis juxta hanc legem constitutis 51

do V, — Regulæ Cancellariæ diœcesanæ 54

do VI, — Materiæ Examinum per quinquennium distributorum 55

do VII, — Index alphabeticus materiarum 59

SYNODI OGDENSBURGENSIS I STATUTA.

CAPUT I.

DE PRÆVIARUM SYNODORUM ACCEPTATIONE ET PROMULGATIONE.

1. Decreta Plenarii Concilii Baltimorensis II a Sancta Sede Apostolica recogniti et approbati in hac Diœcesi acceptata et promulgata declaramus, mandantes ut ab omnibus et singulis quorum interest fideliter observentur.

2. Constitutiones pariter in Conciliis Provincialibus Neo-Eboracensibus et in utraque Synodo Diœcesana Albanensi, annis 1855 et 1869, editas, quippe quæ omnes ad territorium hujus tunc nondum existentis Diœcesis spectabant, approbamus et confirmamus.

3. Ne vero facilius in oblivionem veniant salutares istæ leges, enixe hortamur Sacerdotes omnes, quibus animarum cura incumbit, ut saltem Concilii Plenarii decreta semel in anno una cum hujus Synodi Statutis diligenter perlegant.

CAPUT II.

DE FIDE CATHOLICA.

4. Quum "sine fide impossibile sit placere Deo" (Hebr. xi. 6), animarum Pastores gregem sibi creditum Fidei Catholicæ pretium inæstimabile doceant, ejusque sancta principia omnium cordibus, præsertim juventutis, magis magisque pro viribus imprimant. *Conc. Plen. n.* 13.

5. Doceant Pastores de fide esse extra Apostolicam Romanam Ecclesiam salvum fieri neminem posse, eosque certam sibi damnationem acquirere, qui propria culpa extra eam ex hac vita decedunt. *Conc. Plen. n.* 5.

6. Hinc Indifferentismum in re Religiosa, seu pravam illam opinionem quæ tenet omnes homines, quidquid credant, æternam posse salutem comparare, modo mores ad recti honestique mores exigantur, in suis principiis persequi non cessent, et tanquam errorem exitiosissimum a populo fideli propellere curent. *Conc. Plen. n.* 28.

7. Meminerint idcirco Confessarii et animarum Curatores suos edocere quam malum, quamque periculosum sit conciones Hæreticorum aut Schismaticorum audire, vel eorum exercitiis interesse, quocumque id fiat prætextu.

8. Fideles pariter, ac præsertim patresfamilias sæpe moneantur ut Biblia ab acatholicis vitiata, et libros Religioni aut bonis moribus injuriosos, atque ephemerides improbas, procul a se suisque domibus arceant, sed libros potius bonos ephemeridesque Catholicas emant atque disseminent. *Conc. Plen. nn.* 16, 495, 498, 505.

9. Quantum poterunt animarum Pastores a Magnetismi abusibus et Spiritismi atque cognatorum errorum periculis Dominicum gregem defendant. *Conc. Plen. n.* 33 *et seq.*

10. Moneantur fideles ut Societatibus vere Secretis omnino abstineant, atque hujusmodi cœtibus renuntiare prorsus nolentibus absolutio sacramentalis denegetur. Sacerdotes vero non temere tales Societates declarent Secretas et damnatas, de quibus dari potest dubium non imprudens. *Conc. Plen. tit. XII.*

11. Summam venerationem, obedientiam atque devotionem erga Sanctam Sedem Romanam, infallibile veritatis oraculum, exhibeant Sacerdotes, suisque inculcent, et quum miseris hisce temporibus temporales Ecclesiæ possessiones detineant injusti invasores, moneantur fideles ut liberaliter spoliato Pontifici orationis et eleemosynæ tributa persolvant.

CAPUT III.

DE SACRAMENTIS IN GENERE.

12. "Cum in Ecclesia Dei nihil sanctius aut utilius, nihilque excellentius aut magis divinum habeatur, quam Sacramenta ad humani generis salutem a Christo Domino instituta: parochus vel quivis alius sacerdos ad quem eorum administratio pertinet meminisse imprimis debet se sancta tractare atque omni fere temporis momento ad tam sanctæ administrationis officium paratum esse oportere." Quamobrem "quacumque diei vel noctis hora ad sacramenta ministranda vocabitur, nullam officio suo præstando, præsertim si necessitas urgeat, moram interponat." *Rit. Rom. Rubr. general.*

13. Pastores gregem sibi commissum de Sacramentorum virtute et de præparatione his præmittenda, quoties occasio offertur, diligenter instituant. *Conc. Plen. n.* 208.

14. Curabunt ecclesiarum Rectores ut materiæ Sacramentorum fideliter, sollicite ac reverenter custodiantur, atque ut supellex, vestes, ornamenta, linteamina et vasa ministerii integra, nitida sint et munda. *Conc. Plen. n.* 208.

15. Caveant Sacerdotes ne occasione Sacramenti administrandi aliquid a fidelibus exigant aut quid ea de re paciscantur. Cæterum nullo pacto inhibemus quin acceptent ea quæ fideles occasione Matrimonii celebrati vel Baptismi collati sponte juxta laudabilem consuetudinem offerunt in ministrorum sacrorum sustentationem. *Conc. Plen. n.* 221.

16. Quum omnia secundum ordinem fieri debeant, nullus Sacerdos, nisi gravis urgeat necessitas, extra limites sui districtus Sacramenta administrare præsumat, absque proprii Pastoris aut Nostra speciali licentia.

17. Prohibemus etiam sub pœna incurrendæ suspensionis ne ullus Pastor fideles ex alieno districtu advenientes absque proprii eorum Pastoris licentia Matrimonio conjungat, aut infantes ex alterius Pastoris districtu allatos baptizet, nisi proprius Pastor diutius abfuturus sit, et gravis sive Baptismi sive Nuptiarum dilationi obstet ratio. Idcirco de suo domicilio interrogandi sunt qui alterutrum horum Sacramentorum petunt, nisi de eo aliunde clarissime constet, et domicilium est in Regestis notandum. *Cfr. Conc. Plen. n.* 117.

18. Honoraria ab alienis parochianis tali ministrandi occasione oblata proprio eorumdem Pastori *titulo justitiæ* in integrum restitui jubemus.

19. Quando Sacramenta in ecclesiis aut ex necessitate in propriis ædibus Sacerdotis conferuntur, volumus ut vestis talaris et superpelliceum adhibeantur et desuper stola ejus coloris quem Sacramenti ritus exposcit. *Conc. Plen. nn.* 149, 293.

20. Quando in ædibus privatis Sacramenta administrantur, eadem sacra indumenta, quantum fieri poterit, adhibeantur; stola saltem in omni casu deferatur, nisi necessitas id prorsus impediat.

21. Curent Pastores ut Olea sacra Feria V in Cœna Domini quotannis ab Episcopo consecrata quamprimum habeant, et tunc vetera comburantur. *Rit. Rom. Rubr. general.*

22. In quavis Sacramentorum administratione, Rituale Romanum, cujus omnis Sacerdos possidere deberet exemplar, aut saltem compendium ejusdem, Baltimoræ editum et a pluribus conciliis approbatum, nullus non diligentissime sequatur.

23. Sacerdotes omnes, quibus missionis alicujus cura commissa est, libros habere debent in Ritu-

ali numeratos, scilicet baptizatorum, confirmatorum, matrimoniorum, defunctorum, in quibus diligenter lingua latina adnotent quæcumque Rituale pro variis istis casibus præscribit.

CAPUT IV.

DE BAPTISMO.

24. Quoniam Baptismi Sacramentum ex Christi Domini verbis: "Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei" (Joan. iii. 5), omnino ad salutem est necessarium, atque omnium aliorum Sacramentorum veluti janua, maxima cura providendum ut cuivis idoneo debite administretur.

25. Ideo curent Pastores ut omnes fideles, imo acatholici quos hac in re dociles invenire potuerint, imprimis vero obstetrices et nutrices, et quantum fieri poterit ipsi medici, bene calleant modum privati Baptismatis conferendi, ut illud in casu necessitatis administrare sciant. *Conc. Plen. n.* 228.

26. De necessitate quoque Baptismi iterum ac sæpius populus moneatur fidelis, et præmuniatur contra illud scelus quo infans non baptizatus in utero interficitur matris. *Conc. Plen. n.* 225.

27. Censemus infantes acatholicorum, quos ipsi parentes offerunt, baptizandos esse, quoties affulget spes catholicæ eorum educationis. Curandum autem omnino tunc est ut patrinus vel matrina, iique catholici, habeantur. *Conc. Plen. n.* 229.

28. Meminerit tamen Sacerdos in mortis periculo, quotiescumque occasio se obtulerit, quosvis infantes baptizari non solum posse, sed etiam debere. *Ibid.*

29. In unaquaque ecclesia, ubi Baptismi Sacramentum ordinarie ministratur, fontem baptismalem sub operculo et sera, si nondum existat, quamprimum erigendum statuimus ; prope quem etiam omnia quæ ad hujus Sacramenti ministrationem pertinent, nitide serventur. *Conc. Plen. n.* 234.

30. Privatis in ædibus, nisi urgente gravi necessitate, Baptismum administrare prohibemus. Liceat id tamen, instante periculo, hoc pacto ut baptizatus, si supervixerit, quamprimum fieri possit, ad ecclesiam deferatur, ubi cæremoniæ Baptismi, quæ omissæ fuerant, suppleantur. *Conc. Plen. n.* 238.

31. Licebit pariter, et quidem solemniter, hoc Sacramentum conferre in ædibus privatis, quando

ob itineris longitudinem vel difficultatem parentibus et patrinis nimis grave foret infantulos ad ecclesiam deferre baptizandos. *Conc. Plen. n.* 237.

32. Conceditur etiam ut Baptismus solemniter administretur in ædibus Sacerdotis quando ex collato in ecclesia Baptismo magna sequerentur incommoda sive ipsi Sacerdoti, sive proli baptizandæ.

33. Ne ex alicujus avaritia, occasione Baptismi, introducantur abusus, et ne Sacramentum adeo necessarium cuipiam dari negligatur, nullus Sacerdos pactiones de oblationibus, etiam indirecte, ante Baptismum proponat. Vetamus igitur, et sub pœna quidem suspensionis, ne infantem baptizare recuset sub prætextu defectus aut subtractionis oblationum. Ea vero quæ post collatum Baptisma a fidelibus offeruntur, Sacerdos, si velit, accipiat. *Cfr. n.* 15.

34. Patrini, quorum unus vel una saltem in Baptismo solemni sub gravi adhiberi debet, sint quales Ecclesia requirit. Ad hoc autem munus ex Ritualis etiam præscripto, admittendi non sunt infideles aut hæretici aut publice criminosi aut qui fidei rudimenta ignorant. *Conc. Plen. n.* 231.

35. Benedictio mulieris post partum numquam fiat extra ecclesiam vel locum ubi celebratur Sacrum. *Conc. Plen. n.* 246.

36. Benedictio hæc denegari debet: 1°, matri pueri illegitimi; 2°, mulieri quæ fidelibus præbet scandalum; 3°, feminæ quæ coram præcone acatholico matrimonium contraxerit, nisi scandalum fuerit reparatum.

CAPUT V.

DE CONFIRMATIONE.

37. Cum tot sint adulti in hac Diœcesi nondum Confirmationis Sacramento signati, animarum Curatores impensius hortamur ut, quantum in ipsis fuerit, omnes occasiones, præsertim sacrarum Missionum, et aliarum devotionum tempora extraordinaria arripiant ad illos instruendos ac præparandos huic Sacramento rite suscipiendo.

38. Confirmandi habebunt Patrinos, singuli singulos. Quod si tot haberi nequeant, saltem duo pro pueris Patrini et duæ pro puellis Matrinæ adhibeantur. *Conc. Plen. n.* 253.

CAPUT VI.

DE SANCTISSIMO SACRAMENTO EUCHARISTIÆ.

39 "Omnibus quidem Ecclesiæ Catholicæ Sacramentis religiose sancteque tractandis magna ac diligens cura adhibenda est; sed præcipue in administrando ac suscipiendo Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, quo nihil dignius, nihil sanctius et admirabilius habet Ecclesia Dei: cum in eo contineatur præcipuum et maximum Dei donum, et ipsemet omnis gratiæ et sanctitatis fons auctorque Jesus Christus." *Rit. Rom.*

40. Sacerdotes igitur omnem sollicitudinem ponant in observandis iis omnibus, quæ tum in Missali, tum in Rituali de hoc Sacramento atque altaris Sacrificio rite colendo, custodiendo et administrando peragenda præscribuntur, ita ut fideles illud sancte suscipiant digneque colant. *Conc. Plen. n.* 265.

41. Tempus, quo præceptum annuæ Communionis impleri possit, a prima Dominica Quadragesimæ ad Dominicam SS. Trinitatis inclusive pro nostratibus prorogatur; sed omnes fideles ad frequentem Communionem et Sacramenti visitationem verbo et exemplo invitari non cessent. *Conc. Plen. nn.* 257, 259.

42. Quoad pueros et puellas, qui prima vice ad Sacram Mensam accedere debent, Pastores eos singulis annis ad eam sedulo præparent, quos propter ætatem ac sufficientem spiritualium intelligentiam capaces fore judicaverint. *Conc. Plen. n.* 260.

43. Per triduum autem ante primam Communionem tum exercitationibus piis, tum generali potissimum confessione, proxime ad eam præparentur; ipsa vero die, solemnitate maxima Divinum panem sumant, cuncto inspectante populo, et præsertim parentibus, quorum curæ postea animæ istæ cœlesti convivio refectæ, erunt ferventissimo charitatis zelo a Parochis commendandæ. *Ibid.*

44. Meminerint vero Sacerdotes tantam non desiderari ætatem ut quis in articulo mortis Sanctissimo Viatico possit et debeat muniri, et minime dubitent illis pueris Divinum hunc Cibum præbere qui Divinum Panem satis a vulgari discernere didicerint, atque aliquo erga illum pietatis sensu affici cognoverint. *Conc. Plen. n.* 261.

45. Infirmis Sanctissimum Viaticum tempestive deferatur. Si vero eadem perduret infirmitas, in ea potest et debet Sanctissimum Viaticum iterum ac tertio, imo et sæpius, administrari, præsertim

si ipsimet ægrotantes cœlestem illum panem esuriant; sed alicui ad adorandum solum aut ad contemplandum, seu devotionis seu cujusvis rei prætextu, non deferatur. *Conc. Plen. nn.* 262, 263.

46. Quando Sanctissima Eucharistia in vestibus laicis ad ægrotos est deferenda, prohibemus ne alio modo portetur quam in pyxide inclusa bursa quæ ad collum sit appensa et occulte super pectus innixa. Linteamina vero quæ in tali casu requiruntur, parvum scilicet corporale ac purificatorium, alba sint et scrupulose munda. *Cfr. Conc. Plen. n.* 264.

47. Dum sic Sanctissimum deferunt, vana et inutilia evitent colloquia, piæ potius contemplationi et orationi dantes operam. *Conc. Plen. n.* 264.

48. Numquam Sanctissimum Sacramentum secum deferant Sacerdotes ea tantum de causa quod in aliquem forte ægrotum incidere possint, sed ejus delatio ad urgentes tantum causas atque ad actuale ministerii sacerdotalis exercitium coarctetur. Hostia vero Sacra, si qua supersit, in reditu ab ægrotantium domibus, quamprimum in ecclesiam referatur, ac reponatur in ciborium. *Ibid.*

49. Sanctissimum Sacramentum asservandum est in uno tantum loco cujuscumque ecclesiæ, in qua custodiri potest, solet, aut debet. *Conc. Plen. n.* 266.

50. Tabernaculum, in quo conservatur, sit pretiosum maximeque ornatum, aut saltem extra deauratum, intus vero aliquo panno serico decenter contectum. Sit nitidum, nullaque alia quæcumque in eo res, præter Sanctissimum, reponatur. Sit tuto clausum sera cujus clavis semper a Sacerdote custodiatur. Vas florum vel quid simile ante illud non ponatur, sed a lateribus. Neque imagines, neque reliquias sanctorum aut quid aliud, præter imaginem Crucifixi, ei superimponere licet. *Ibid.*

51. Rubricis Ritualis ac Cæremonialis Episcoporum inhærentes, omnibus Sacerdotibus serio inculcamus ut particulæ minores et major hostia semel in hebdomada renoventur, et veteres distribuantur vel consumantur. *Conc. Plen. n.* 268.

52. Regulariter lampas ex oleo nutrita perpetuo coram Sanctissimo Sacramento ardere debet. Quod si lampas haberi nequeat, lumen saltem quoddam ibi die ac nocte colluceat. *Conc. Plen. n.* 267.

CAPUT VII.

DE BENEDICTIONE SANCTISSIMI SACRAMENTI ET DE QUADRAGINTA HORARUM EXPOSITIONE.

53. Fideliter exequi cupimus Ecclesiæ mentem qua Sanctissimam Eucharistiam non solum tabernaculo inclusam pio cultu prosequi, sed etiam publicæ fidelium venerationi pompa quadam exponere consuevit. *Syn. Alb. II.*

54. Solemnis autem Sanctissimi Expositio et Benedictio non fiat in ecclesiis vel oratoriis aut etiam in sacellis monasteriorum et communitatum religiosarum, nisi ex causa publica quæ probata sit ab Ordinario. In hac expositione stricte servanda sunt omnia quæ in Cæremoniali præscribuntur. *Ibid.*

55. Maxime in votis habemus ut solemnis devotio Orationis Quadraginta Horarum in hac nostra Diœcesi magis magisque in dies diffundatur, et ubique tandem foveatur et vigeat.

56. Indulsit benigne Summus Pontifex ut in peragendo pio hoc exercitio, forma eadem observetur qua diœcesis Baltimorensis ex Apostolicæ Sedis concessione utitur.

CAPUT VIII.

DE SACRAMENTO PŒNITENTIÆ.

57. "Sanctum Pœnitentiæ Sacramentum, tanquam humanæ infirmitatis remedium, ad eos, qui post Baptismum lapsi sunt, in gratiam Dei restituendos, a Christo Domino institutum, eo diligentius administrandum est, quo frequentior est ejus usus, et quo plura requiruntur ad illud rite digneque tractandum ac suscipiendum." *Rituale Rom.*

58. Magnum et arduum est munus quod ministro Sacramenti Pœnitentiæ incumbit. In ipso enim requiruntur scientia, bonitas atque prudentia, ut pœnitentem judicet, absolvat ac sanet, et inviolabilis oris custodia, ut peccata in Confessione sibi exposita æterno silentio premat. Quibus omnibus ut sint idonei, omni studio curare debent Confessarii. *Conc. Plen. nn.* 279, 280, 290.

59. Quum, præter Ordinem, ad valide remittenda peccata requiratur jurisdictio, unusquisque Sacerdos, ad confessiones excipiendas approbatus, quas facultates habeat, quas non habeat prudenter exquirat. *Conc. Plen. n.* 277.

60. Sub gravi præcipimus ut ea, quæ a Concilio

Baltimorensi decreta fuerunt de confessionalibus in ecclesiis erigendis, adamussim serventur. Itaque confessionalia vel saltem perforatæ crates statim erigantur in omnibus ecclesiis et oratoriis, nec amplius postea ulli Sacerdoti licebit alio in loco confessiones excipere mulierum vel puellarum, nisi hæ fuerint ægrotæ vel surdæ vel ætate decrepitæ. *Conc. Plen. nn.* 294, 295, 296.

61. In sede ergo confessionali, extra casum necessitatis, munus audiendi confessiones obeant Sacerdotes, et hoc veste talari, superpelliceo et stola induti. *Syn. Alb. II.*

62. Quum magni sit momenti ut libertas servetur conscientiæ, Pastores aliique Confessarii ægre non ferant quod eorum pœnitentes alteri aliquando confiteantur. *Syn. Alb. II.*

63. Pastores et alii Confessarii semper paratissimos se exhibeant ad fidelium confessiones excipiendas, maxime diebus Sabbati, Festorumque vigiliis, etc. *Conc. Plen. n.* 291.

64. Quater saltem in anno, et præsertim si fieri possit, Quatuor Temporum feriis, ad confessionem advocentur pueri, qui nondum Sanctissimæ Eucharistiæ participes facti sunt, eo modo eaque

industria, ut accedentes benigne recipi, paterne audiri et plurimum juvari valeant. *Conc. Plen. nn.* 292, 442.

65. Quidam casus reservati sunt, a quibus nemo sive regularis, sive sæcularis, sine speciali et expressa a Nobis concessa facultate valet absolvere. Meminerint ergo Confessarii se non habere facultatem absolvendi:

1°. Ab hæresi, et apostasia a fide, et a schismate eos qui in loco, ubi Sanctum Officium exercetur, deliquerint.

2°. Complices sibi in *quolibet peccato mortali* externo contra castitatem.

3°. Sacerdotem, qui complicem sibi in hujusmodi peccato absolverit.

4°. Sacerdotem omnem, qui in confessionali, aut occasione, vel prætextu confessionis ad peccandum contra castitatem sollicitaverit.

5°. Personam sic sollicitatam, nisi prius sollicitantem Ordinario denuntiaverit.

6°. Personam cujuscumque sexus, quæ sacerdotem falso de sollicitatione denuntiaverit.

7°. Catholicum, qui novum matrimonium, conjuge superstite, contrahere attentaverit, et inde in excommunicationem inciderit.

8°. Catholicos, qui post primam Synodum Alba-

nensem, habitam mense Octobri, 1855, vel inter se, vel cum acatholica parte coram præcone hæretico matrimonium contrahere attentaverint, quique pœnam excommunicationis idcirco incurrerint.

CAPUT IX.

DE EXTREMA UNCTIONE.

66. Quum Extrema Unctio sit verum ac proprie dictum Novæ Legis "Sacramentum a Christo Domino institutum, tanquam cœlestis medicina non animæ solum, sed etiam corpori salutaris, omni studio ac diligentia periculose ægrotantibus adhibendum est, et eo quidem tempore, si fieri possit, cum illis adhuc integra mens et ratio viget." *Rituale Rom.*

67. Pastores ergo satagant ægrotos opportune visitare, eosque hortari ut hoc Sacramentum suscipiant, dum pleno adhuc gaudent usu rationis, quo uberiorem ejus fructum percipere possint. *Conc. Plen. n.* 306.

68. Maxime caveat Pastor a negandis in suo districtu ultimis Sacramentis cuivis moribundo sub prætextu quod, avaritia ductus, numquam aliquid contribuerit in subsidium ecclesiæ vel Pastoris, siquidem nulli hominum etiam peccatori

hæc tam necessaria subsidia in extremis Ecclesia diligenter non præsentet. *Ibid.*

69. Ne vero fideles, minis perterriti, in simili casu non audeant advocare Pastorem, numquam e suggestu aut alibi exigantur debitæ contributiones per comminationem delinquentes aliter in mortis hora Sacramentis Ecclesiæ privatum iri.

70. Si forte Sacerdoti ægrotos invisenti contigerit dare consilium de rerum temporalium disponendarum ratione, quam maxima caveat non tantum a reatu, sed vel ab ipsa omni avaritiæ specie et suspicione. Onus autem ipsum sive describendi sive exequendi testamentum constanter recuset, neque unquam, nisi gravissima de causa, puellarum tutelam in se suscipere consentiat. *Cfr. Conc. Plen. n.* 157.

CAPUT X.

DE ORDINE.

71. Quantum in se est, Sacerdotes gratiam vocationis ad statum sacerdotalem in juvenibus aptis et dignis foveant atque promoveant. Parentes quoque accurate de vocatione ecclesiastica doceant, ne ad altare indigni sistantur, aut vocati ab altari avertantur. *Conc. Plen. n.* 175, *seqq.*

72. Fidelium studium crebris hortationibus accendant ut eleemosynas in opus Seminarii seu clericorum institutionis liberaliter conferant. *Conc. Plen. n.* 171.

CAPUT XI.

DE MATRIMONIO.

73. Curent Sacerdotes ut fideles ad Sacramentum Matrimonii recipiendum bene parati accedant. Admoneantur itaque nupturientes ut, antequam contrahant, Sacramenta Pœnitentiæ et Eucharistiæ pie suscipiant, et sic ad hoc Sacramentum vivorum in statu gratiæ et, qua par est devotione, accedant. *Conc. Plen. n.* 329.

74. Matrimonium quanto magis ab incredulis et hæreticis tanquam nuga tractatur, eo majori in honore a catholicis est habendum. Proinde ferventer optamus ut semper infra missam solemni benedictione consecretur, vel comitante missa celebretur. Laborent animarum Pastores ut mos iste per totam Diœcesim prævaleat. *Conc. Plen. n.* 333.

75. Quod si hoc obtineri nequeat, saltem numquam in domo privata celebretur Matrimonium inter catholicos, sed in ecclesia et, quantum fieri potest, hora antemeridiana. *Conc. Plen. n.* 329.

76. Tenetur Sacerdos, priusquam jungat contrahentes, sedulo investigare num aliquod inter eos existat canonicum impedimentum, idque majori adhuc diligentia quando dispensatio obtenta fuerit in bannorum proclamatione. *Conc. Plen. n.* 328.

77. Quum experientia quotidiana doceat bannorum proclamationem sapientissime fuisse institutam, regulis ea de re vigentibus fideliter adhæreant Sacerdotes. Ter itaque publicentur in ecclesiis ubi Missa singulis dominicis celebratur ; bis vero in ecclesiis ubi Missa alternis tantum dominicis habetur ; in ecclesiis autem vel stationibus ubi Missa semel tantum in mense aut rarius celebratur, una tantum proclamatio est facienda. *Conc. Plen. nn.* 331, *seqq.*

78. Quando duæ vel tres essent faciendæ proclamationes, indulgemus ut, si adsit causa sufficiens et urgens, quilibet Sacerdos dispensare possit ab una proclamatione. Attamen facti notitia et eleemosyna consueta erunt postea ad Cancellarium mittendæ.

79. Maxime amovendi sunt fideles a contrahendo Matrimonio Quadragesimali vel alio tempore, quibus Matrimonii solemnitates ab Ecclesia prohibentur. Si vero nihilominus contrahere

velint, proclamationes istis, perinde ac reliquis temporibus, fiant, nisi prius fuerit obtenta dispensatio. *Conc. Plen. n.* 333.

80. Nihil omittant Pastores ut fideles a Mixtis conjugiis deterreantur. Ideo animarum curam habentes hortamur ut semel in anno, tempore præsertim Adventus vel Quadragesimæ, gravi sermone greges sibi commissos mala, quæ ex iis pullulant, edoceant, simulque fidei pericula indicent, quae tum parti catholicæ, tum futuræ proli imminent. Gravissima ostendantur fuisse rationum momenta, quibus permota Christi Ecclesia id genus nuptiarum acriter semper vetuerit, ac etiamnum vetet. *Conc. Plen. n.* 336.

81. Attamen, si propter particulares rationes Matrimonium hujusmodi expedire videatur, sequentia diligentissime servari præcipimus :

1°. Ut nullum adsit periculum perversionis parti catholicæ.

2°. Ut pars catholica, in quantum poterit, laboraturam se promittat pro conversione partis acatholicæ.

3°. Ut pars acatholica promittat comparti catholicæ, (*a*) exercitium liberum suæ religionis ; (*b*) Baptismum et educationem prolis utriusque sexus in fide catholica.

4°. Ut sic nubentes non sint ministrum acatholicum adituri, fœderis matrimonialis iterandi causa. *Conc. Plen. nn.* 334, 338.

82. Meminerint insuper Sacerdotes pluribus Summorum Pontificum decretis vetari ne ullus sacer ritus fiat, vel vestis sacra adhibeatur, dum fœdera hujusmodi ineuntur, quæ ne in ecclesia quidem ineunda sunt. *Ibid.*

83. Districte etiam prohibemus ne Catholici intra hujus Diœceseos limites Matrimonium vel inter se, vel cum acatholicis coram præconibus sectarum, ullo in rerum eventu, contrahere audeant. Quod si fecerint, noverint se, ipso facto, excommunicationi Nobis reservatæ subjacere.

84. Sub gravi vetamus ne quis alterius Pastoris, hujus non obtenta licentia, fideles Matrimonio conjungat. *Cfr. n.* 17.

85. Omnis pro dispensationibus applicatio in scriptis a Sacerdote fieri debet, qui simul rationes canonicas, ob quas petitur ejusmodi legis relaxatio, exhibebit. *Syn. Alb. II.*

86. Dispensationes omnes per Cancellarium Nostrum sunt petendæ, et omnes, quæ obtentæ fuerint, in libro Matrimoniorum adnotandæ. *Syn. Alb. II.*

87. Pro dispensationibus in bannis taxa in Appendice V determinata solvenda erit. Pro dispensationibus extraordinariis a Sancta Sede concessis, eleemosyna congrua, habita ratione facultatum oratorum, eroganda est, et mittenda ad Cancellarium in pios usus omnino impendenda. Duo scutata (*dollars*) præterea addenda erunt pro impensis ejus officii. *Syn. Alb. II.*

CAPUT XII.

DE CULTU DIVINO.

88. Ecclesia, dirigente Spiritu Sancto, ea omnia ordinavit, quæ Cultum Divinum respiciunt, ita ut nihil desit quod majestatem Dei deceat, nihil quod populum ædificare queat. Vestes sacras et cæremonias omnes, quae plebem instruant, sacerdotem moneant, ipsa præscripsit. Earum etiam minutissimam quis, suo sensu abundans, se inculpatum negligere posse speret? Meminerit quisque Minister sacer parabolæ—"Vestis nuptialis." Et in cæteris omnibus, incessu potissimum ac motu gravi et verborum distincta prolatione, Dei instituta digne Deo peragant ac populum ad Deum elevent. "Maledictus enim qui facit opus Dei fraudulenter." (Jerem. xlviii, 10.) Omnia ergo juxta præscripta in Missali, Rituali et Cæremoniali, ut adamussim observentur, mandamus.

89. Liber Cæremoniarum, Anglice scriptus, "*Ceremonial for the use of the Catholic churches in the United States*," a Patribus Concilii Baltimorensis III præparatus et rescripto Apostolico pro usu omnium harum Fœderatarum Provinciarum approbatus, sedulo sequendus est. Ideo Sacerdotes Nostros monemus ut illius exemplar apud se retineant, eique in ritibus sacris fideliter adhæreant.

90. Omnia pro Sacrificio rite celebrando procurent sibi Pastores. Munda sint ornamenta altarium, vestes sacerdotales et sacra vasa. Supellex quoque sacra munditie atque ordine sit conspicua. Pueri in acolythorum munere diligenter instruantur, qui altari cum ædificatione populi deserviant, et semper veste talari ac superpelliceo induti Missis Vesperisque pie intersint. *Conc. Plen. n.* 360. *Syn. Alb. II.*

91. Ut fideles exactius ac libentius Divinis intersint officiis, hæc omnia hora statuta, pro locorum adjunctis opportuna, eaque præcisa, inchoentur, nec diutius ex præpostera pietate protrahantur. *Conc. Plen. n.* 363.

92. Celebrandi bis in eodem die facultas est ab Episcopo petenda, et in iis quidem tantum casibus

ubi vera existit necessitas. Singulis saltem annis est renovanda. Annectitur autem non loco aut ecclesiæ, sed personæ cui conceditur. *Syn. Alb. II.*

93. Quoties quis binat ex facultate concessa, celebret, ubi id fieri potest, in diversis ecclesiis, aut saltem in diversis altaribus. *Syn. Alb. II.*

94. Sacerdotes, quamdiu Missam legunt vel canunt, numquam ab altari descendant, nisi quando id permittit Rubrica, ideoque omnino vetamus ne inter Missarum celebrationem ab altari discedant ad eleemosynam a fidelibus petendam aut quid simile peragendum. *Conc. Plen. n.* 364.

95. In hac Diœcesi, præsentibus in adjunctis, stipendium pro Missa privata est unum scutatum (*dollar*). *Conc. Plen. n.* 369.

96. Inter Sacerdotes non sunt permutandæ intentiones Missarum, nisi simul permutentur stipendia.

97. Nullus Sacerdotum quovis titulo aut prætextu Missam continuet submissa voce, quamdiu *Gloria* et *Credo* decantantur in choro. *Conc. Neo-Ebora. III. Decr.* 2.

98. Dum Missæ Sacrificium celebratur, mandamus ut duæ saltem candelæ cereæ, non autem sebaceæ in altari ardeant. *Resp. S. R. C. ad Episc. Carolopol*, 10 *Dec.*, 1857.

99. Monemus ecclesiarum Rectores ut invigilent eliminandis abusibus qui in cantu ecclesiastico invaluerunt. Sacrosancto Missæ Sacrificio et aliis Divinis officiis musica, non vero musicæ Divina officia inserviant. *Conc. Plen. n.* 361.

100. Optandum ut ipse populus Divina officia cantare doceatur, juxta illud S. Pauli (Eph. v. 19): "Loquentes vobismetipsis in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus."

101. Noverint, juxta Ecclesiæ ritum, carmina vernaculo idiomate, inter Missarum solemnia vel Vesperas solemnes, decantare non licere. Hoc tamen permitti potest ante vel post functiones ecclesiasticas. *Conc. Plen. n.* 361.

CAPUT XIII.

DE PATRONA DIŒCESEOS ET DE ECCLESIARUM FESTO PATRONALI.

102. Quum a Concilio Provinciali Baltimorensi VI Beata Maria Virgo, sine labe Concepta, in Patronam Americæ Fœderatæ Statuum fuerit

electa, eamdem Sanctissimam Dei Matrem Nostræ Diœceseos Patronam principalem deligimus et proclamamus.

103. Diem vero specialem devotionis in ejus honorem pro hac Nostra civitate episcopali seponimus vigesimam primam Novembris, in qua celebratur festum Præsentationis ejusdem Almæ Dei Matris. Sub hoc enim titulo placuit omnis boni Auctori hisce in patriæ nostræ partibus incepta Ecclesiæ suæ dare et incrementa, et sic tam insignis beneficii memoria recoletur, dum simul debitæ gratiarum actiones offerentur. *Vide Appendicem I.*

104. Festum patronale sive titulare cujusque Ecclesiæ sive consecratæ, sive benedictæ, solemniter et debito ritu quotannis est celebrandum, saltem in Dominica festum proxime sequente, si nihil obstet quin externæ solemnitatis hujusmodi translatio fiat. *Conc. Plen. n.* 384.

CAPUT XIV.

DE REGIMINE ECCLESIARUM.

105. Quum Ecclesiæ universalis legibus et consuetudini repugnet, bonoque animarum regimini noceat pluribus simul ex æquo eamdem ecclesiam

regendi competere potestatem pastoralem, statuimus ecclesiæ cujusque seu congregationis administrationem soli a Nobis designato Pastori committi, nec aliis ei in ministerii adjutorium adjunctis Sacerdotibus quidquam aggredi licere præter ipsius Pastoris voluntatem. *Conc. Plen. nn.* 111, 112.

106. Quamvis Pastores de jure minime sint inamovibiles, mens nostra est eos numquam munere suo spoliare vel invitos alio transferre, absque gravi omnino causa; quæ si insufficiens ipsis videatur, res tota ad judices causarum, hunc in finem designatos, deferetur, et eorum judicio terminabitur. Iis tamen hoc dumtaxat competet privilegium qui in Diœcesi hac sacris missionibus per quinquennium saltem operam navaverint. *Conc. Plen. n.* 125.

107. Quoniam gregi suo in memoriam non semel revocare ac maximopere inculcare debent Pastores gravissimam illam, qua tenentur omnes Christi fideles, obligationem singulis Dominicis Festisque de præcepto Missam audiendi, sicut et alia Ecclesiæ præcepta observandi, omnibus curam animarum gerentibus mandamus ut singulos Jejuniorum dies et Festa de præcepto, Dominica præcedenti fideliter populo annuntient. *Conc. Plen. n.* 469.

108. Meminerint nec sibi licere diebus festis prædictis a grege suo abesse, nisi causa prius Nobis cognita sit et probata. Si quando vero ex inopinato contigerit non suppetere tempus Nos consulendi, rem totam Nobis subinde significabunt. *Conc. Plen. n.* 114.

109. Pro ea quæ domum Dei decet sanctitudine, Pastoribus etiam præcipimus ut neminem nisi publice criminosum vel scandalosum, non præhabita Nostra licentia, e suggestu vel altaris loco notent. Omnino autem semper abstineant ab imprecationibus et maledictis. *Conc. Plen. n.* 140.

110. Vehementer etiam illos omnes monemus numquam ipsis licitum esse censuras auctoritate propria sive ferre, sive comminari.

111. Quamvis itaque in vitiis insectandis gravi sermone sit utendum, nemo adstantium nominatim reprehendatur, aut ita designetur ut facile innotescere possit. Et, si inter Concionatorem et aliquos ex commisso sibi grege lites vel simultates extiterint, numquam utatur Sacerdos sacro loco et tempore ad ulciscendam privatam injuriam. *Conc. Plen. n.* 140.

112. Pastores caveant ne sacerdotem vagum quemquam vel ignotum sibi et extraneum Mis-

sam, celebrare, sive munus aliud quodvis clericale exercere permittant absque expressa et speciali Nostra licentia. *Conc. Plen. n.* 118.

113. Indulgemus tamen, ubi facultatis istius a Nobis expetendæ commoda deest occasio, ut Sacerdotes ex aliis hujus provinciæ vel contiguarum provinciarum diœcesibus, hac iter agentes, Sacrum peragere aut prædicare, de Pastoris consensu, valeant, dummodo bonis moribus atque in sua propria diœcesi facultatibus præditi sciantur. Veniam tamen hanc nemini, qui fuerit olim ex hac Diœcesi dimissus, vel cui facultates Ipsi abstulerimus, volumus suffragari.

114. Prohibemus insuper omnibus animarum curam in hac Diœcesi gerentibus ne ad Missam etiam semel tantum celebrandam admittant Sacerdotem quemlibet qui, sine licentia Nostra eaque in scriptis exhibita, collectas hic quavis de causa instituit. *Conc. Plen. n.* 119.

CAPUT XV.

DE SEPULTURA ECCLESIASTICA.

115. Quod antiquissimi est instituti, illud, quantum fieri poterit, retineatur, ut Missa, præsente

corpore defuncti, pro eo celebretur, antequam sepulturæ tradatur. *Conc. Plen. n.* 394.

116. Pecunias, quæ e cœmeteriis derivantur, numquam, quocumque sub prætextu, suas facere audeant Pastores, sed eas ad cœmeteria servanda, restauranda atque ornanda expendant. *Conc. Plen. n.* 393.

117. Ritus ecclesiasticos nolumus adhiberi in sepultura fidelium, quandocumque eorum corpora sepeliuntur in cœmeteriis sectarum, vel etiam in cœmeteriis profanis, quando adsunt cœmeteria catholica. *Conc. Plen. n.* 391.

118. Si tamen catholici alicujus defuncti, qui fuerit ad fidem conversus, consanguinei superstites sint acatholici, et fundum in alieno cœmeterio jam possideant, permittimus ut exequiæ in domo vel etiam publice in ecclesia celebrentur, si Pastori expedire visum fuerit. *Conc. Plen. n.* 392.

119. Neganda vero est ecclesiastica sepultura:

1°. Infidelibus, hæreticis et eorum fautoribus, sicut et apostatis a Catholica fide.

2°. Iis qui sibi ipsis mortem consciverunt ob desperationem vel iracundiam, nisi ante mortem dederint signa pœnitentiæ. Hæc tamen pœna

minime extenditur ad eos qui se ipsos occiderunt ex insania.

3°. Pereuntibus duello, dederint vel non dederint resipiscentiæ indicia.

4°. Manifestis et publicis peccatoribus qui impœnitentes vitam clauserunt. *Conc. Plen. n.* 389.

120. Quando in prædictis casibus occurrit dubium, consulatur, si id fieri possit, Ordinarius. Secus in partem lenitatis potius est inclinandum. *Ibid.*

121. Omnino pauperes gratis prorsus sepeliantur. *Conc. Plen. n.* 393.

CAPUT XVI.

DE BONIS ECCLESIASTICIS.

122. Universalis Ecclesiæ canones vetant ne novum templum temere vel absque Episcopi auctoritate erigatur. Ideo nemini licere declaramus in hac Diœcesi de nova ædificanda ecclesia aut de vetere novis structionibus amplificanda statuere aliquid vel moliri absque facultate Nostra in scriptis habita. *Syn. Alb. II.*

123. Cum autem non raro acciderit ut gravia orta sint mala propter debita a Sacerdotibus sive in ædificandis sive in amplificandis aut ornandis

ecclesiis contracta, decreto tertio Concilii Neo-Eboracensis I inhærentes, districte inhibemus ne Sacerdotes, inconsulto Ordinario, ecclesiam suam ære alieno gravare præsumant. *Vide Append. IV.*

124. Meminerint Sacerdotes sibi non licere proprio jure et nomine penes se retinere bona quævis a fidelibus in pios usus donata; sed hæc bona concredenda societati æditiuorum (vulgo *Trustees*), conformiter legi in hoc Statu, die 25 Martii, 1863, lata, Anglice dictæ, "*An act supplementary to the act entitled 'An act to provide for the incorporation of Religious Societies,' passed April 5th*, 1813." *Vide Append. II.*

125. Non licebit alterutri æditiuorum laicorum pecuniam a fidelibus in usus ecclesiasticos societati corrogatam aut Religionis sacrorumve Ministrorum causa subministratam absque Pastoris vel Ordinarii licentia expendere. *Syn. Alb. II.*

126. Singulis vero annis ante decimam diem Januarii, Sacerdotes scripto nobis referent ea omnia quæ statum et profectum suarum missionum patefaciant, juxta schedulam typis impressam, quam singulis in antecessum mitti curabimus.

127. In altera schedula similiter rationem omnium pecuniarum, tam earum quæ receptæ, quam earum quæ expensæ fuerint, suo proprio et æditorum nominibus munitam circa finem anni mittent ad Episcopum, et etiam exhibebunt populo, eam appendendo ad fores ecclesiæ, vel typis impressam distribuendo fidelibus Divino officio præsentibus.

128. Monentur quoque Sacerdotes ne res proprias ecclesiæ rebus commisceant, cum famæ suæ discrimine et offensione fidelium, qui facile existimant ecclesiæ fieri injuriam.

129. Decernimus ut quilibet Sacerdos, qui curam alicujus congregationis vel missionis, sive, ut quandoque fit, plurium etiam sibi a Nobis commissam habet, mille scutata (*dollars*) per annum ratione salarii accipiat, Adjutores vero seu *assistentes* trecenta.

130. Districte autem prohibemus, et *sub pœna quidem suspensionis ipso facto incurrendæ*, ne ullus Nostræ Diœceseos Sacerdos collectas pro seipso sive in ecclesia, sive inter populum faciat, præter eas quæ expresse pro tempore tolerantur. Quod si reditus ecclesiæ salarium integrum Pastori præbere nequeant, permittimus ut in iis ecclesiis

collectæ fiant, unde, quod deest, suppleatur. Expleto vero defectu, quidquid superest in ærarium ecclesiæ est demittendum.

131. Volumus præterea ut nullo unquam in casu salarium sive Pastoris sive Adjutorum de anno in annum sinatur accumulari atque inter debita ecclesiæ recenseri. Singulo proinde anno, juxta regulas superius positas, accipiatur; alioquin censebitur Pastor sive Adjutor respective juri suo renuntiasse et pecunia sibi debita ecclesiam donasse.

132. Donum Cathedraticum quotannis infra Octavam Festi Immaculatæ Conceptionis solvent singuli Pastores pro suis respective ecclesiis vel missionibus. *Conc. Plen. n.* 100.

133. Statuimus ut, donec aliter provideatur, in omnibus hujus Diœceseos ecclesiis sive Sæcularium sive Regularium tres fiant singulis annis collectæ: prima nimirum, in die Pentecostes, pro institutione clericorum; altera pro Summo Pontifice; tertia, tempore autumnali, pro ædibus episcopalibus comparandis.

134. Præter libros supra ex Ritualis præscripto requisitos, in omni ecclesia vel missione liber habeatur, in quo omnia memoratu digna, quæ ad

missionem spectant referantur. Statim ac Sacerdos aliquis ecclesiæ uni vel pluribus præfectus fuerit, volumus ut diligenter in hoc libro describat elenchum omnium sacrorum vasorum, vestium, etc., quæ ad missionem pertinent; item ut in eo describat omnem domus pastoralis supellectilem. Quæcumque vero dona Sacerdoti a fidelibus oblata fuerint tanquam media ad missionarii munus implendum, ut equi, currus, etc., ecclesiæ oblata censebuntur, nisi de contrario certo constet.

CAPUT XVII.

DE SOCIETATE MUTUI SUBSIDII.

135. Ne sua desint unquam Sacerdotibus labore vel senio fractis aut diuturniori ægritudine laborantibus necessaria subsidia, sæcularem e Diœcesi Nostra Clerum magnopere hortamur ut mutuam inter se societatem ineant, atque adeo pecuniæ depositum constituant, quo egentibus confratribus, auxilio opportuno, fideliter ac pie provideant.

CAPUT XVIII.

DE COLLATIONIBUS ET EXAMINIBUS ECCLESIASTICIS.

136. Ut studio stimulus non desit, collationes de casibus moralibus et de aliis materiis theologicis liturgicisque semel saltem in anno ab omnibus Sacerdotibus habebuntur.

137. Pro istis præterea qui ab erectione hujus Episcopatus ordinibus sacris initiati fuerunt, quotannis per quinquennium instituentur examina quorum materia tempestive indicabitur. *Vide Append. VI.*

CAPUT XIX.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

138. "Nihil est," ait Concilium Tridentinum (Sess. XXII, de reform.), "quod alios magis ad pietatem et Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita et exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt." Sanctitatem igitur sectentur Dei ministri, et forma facti gregis ex animo, exemplum sint fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate; sint sobrii, prudentes, ornati, pudici, modesti; conversationem suam inter gentes habentes bonam, ut bene facientes

obmutescere faciant impudentium hominum ignorantiam, et obstruatur os loquentium iniqua. *Conc. Plen. nn.* 147, 169.

139. Quum clericos a cæteris non solum statu et conditione, sed etiam veste distingui oporteat, iis vehementer commendamus ut vestem talarem constanter, quatenus fieri possit, gerant. Quod si eam induere peculiaria rerum adjuncta non sinant, ipsis omnino injungimus, iis tantum uti vestibus quæ suo congruant ordini, scilicet, quæ nigri sint coloris, et omni ornatu careant, sintque ab omni vanitate prorsus alienæ. *Conc. Plen. nn.* 148, 149.

140. Ludis scenicis, spectaculis, choreis ne intersint. Illicitis venationibus, et ludis etiam licitis, qui scandalo esse possint, abstineant. Medicinam et chirurgiam nec lucri gratia, nec charitatis specie exerceant. Arma non ferant. *Conc. Plen. nn.* 153, 154.

141. Tribunalia profana, negotii aut litis causa, temere ne adeant. Ubi cum homine etiam sæculari et de rebus temporalibus difficultas oritur, ne quemquam in jus vocent, aut vocati sponte se sistant, nisi res aliter componi nequeat. Quod si ecclesiastica vel religiosa utriusque sexus persona aliam personam ecclesiasticam vel religiosam

utriusque sexus coram civili tribunali temere citaverit de re juris stricte ecclesiastici, noverit se in censuras a jure latas incidere. *Conc. Plen. nn.* 155, 156.

142. Canonum præcepta memorantes, edicimus ne rerum bonorumve quorumlibet, aut pecuniæ mercaturam faciant; ne quæstuosas suo nomine vel sub alieni nominis involucro negotiationes exerceant; ne aliena prædia lucri causa conducant; ne pro aliis fide jubeant; ne aliorum in negotiis procuratores, inconsulto Episcopo, fiant; ne cujusvis curam ac tutelam, præterquam suorum, nisi Episcopo consentiente, suscipiant. *Conc. Plen. n.* 157.

143. Nolumus etiam, propter magna inde oriunda mala, ut Sacerdotes fidelium pecunias, sub quocumque prætextu, in depositum accipiant. *Conc. Plen. n.* 159.

144. Clericis cauponarum aditus et usus omnino interdicitur, nisi in itinere, necessitatis causa. *Conc. Plen. n.* 162.

145. Modesta mensa victuque frugali utentes, numquam in re potus aut cibi excedant. *Conc. Plen. n.* 161.

146. Nicæni Patres, sacerdotum virtuti et famæ consulentes, mulieres nullas cum eis habitare permiserunt, præter matrem aut sororem aut amitam in quibus naturale fœdus nihil permittit criminis suspicari; quam sanctissimam disciplinam, etsi consuetudo plerisque in locis nonnihil emollivit, Sacerdotes tamen hujus Diœceseos monitos volumus ut curent pro posse eas tantum ancillas seligere quarum provecta ætas et illibata fama omnem suspicionem amoveat. *Conc. Plen. n.* 164.

147. Prohibemus etiam ne Sacerdotes in suis domibus habitare permittant scholarum institutrices, aut organistas, aut cantatrices, aut alias feminas non consanguineas. *Ibid.*

APPENDIX.

I.

NOTA DE ECCLESIA A. D. 1749 ERECTA IN SITU PRÆSENTIS CIVITATIS OGDENSBURGENSIS.

Ante medium sæculi XVIII, Presbyteri Societatis S. Sulpicii, qui, jamdudum Marianopoli residentes, plurium inter Indianos missionum curam gerebant, missionem stabilem etiam instituerunt apud tribum eam ex Indianis "Iroquois," cujus sedes erat ad os fluminis Oswegatchie, in situ quem nunc occupat civitas Ogdensburgensis, ibique ecclesiam erexerunt in honorem Dei sub titulo Præsentationis Beatæ Mariæ Virginis.

Lapis hujus ecclesiæ primarius adhuc extat, insertus parieti supra januam armamentarii hujus civitatis, et in eo legitur sequens inscriptio:

"IN NOMINE DEI OMNIPOTENTIS HUIC HABITATIONI
INITIA DEDIT
FRANS. PIQUET, 1749."

II.

TEXTUS SUPPLEMENTI LEGIS "*FOR THE INCORPORATION OF RELIGIOUS SOCIETIES.*"

AN ACT

Supplementary to the Act entitled "An Act to provide for the incorporation of Religious Societies," passed April fifth, eighteen hundred and thirteen.

PASSED March 25, 1863; three-fifths being present.

The People of the State of New York, represented in Senate and Assembly, do enact as follows:

SECTION 1. The act entitled "An Act to provide for the incorporation of Religious Societies," passed April fifth, eighteen hundred and thirteen, is hereby amended by adding thereto the following provisions:

1. It shall be lawful for any Roman Catholic church or congregation now or hereafter existing in this State, to be incorporated according to the provisions of this Act; the Roman Catholic Archbishop or Bishop of the diocese in which such church may be erected or intended so to be, the Vicar-General of such diocese, and the Pastor of such church for the time being, respectively, or a majority of them, may select and appoint two laymen members of said church, and may, together with such laymen, sign a certificate in duplicate, showing the name or title by which they and their successors shall be known and distinguished as a body corporate by virtue of this Act, which certificates shall be duly acknowledged or

proved, in the same manner as conveyances of real estate; and one of such certificates shall be filed in the office of the Secretary of State, and the other in the office of the Clerk of the County in which such church may be erected or intended so to be; and thereupon such church or congregation shall be a body corporate, by the name or title expressed in such certificate, and the said persons so signing the same shall be the Trustees thereof. The successors of any such Archbishop, Bishop, Vicar-General or Pastor, respectively, for the time being, shall, by virtue of his office, be the Trustee of such church, in place of his predecessor; and such laymen shall hold their office respectively for one year, and whenever the office of any such laymen shall become vacant by death, removal, resignation or otherwise, his successor shall be appointed in the same manner as herein provided for his original selection.

2. The Trustees of every church or congregation, and their successors, shall have all the powers and authority granted to the Trustees of any church, congregation or society, by the fourth section of the Act entitled "An Act to provide for the incorporation of Religious Societies," passed April fifth, eighteen hundred and thirteen, and shall also have power to fix and ascertain the salary to be paid to any Pastor or Assistant Pastor of such church, but the whole real and personal estate of any such church, exclusive of the church edifice, parsonage and school-houses, together with the land on which the

same may be erected, and burying places, shall not exceed the annual value or income of three thousand dollars; but nothing herein contained shall be held or taken to repeal, alter or impair the effect of chapter three hundred and sixty of the laws of eighteen hundred and sixty.

3. The Trustees of any church incorporated under this Act are required to exhibit, upon oath, to the Supreme Court in the Judicial District in which the church is situated, once in three years, an inventory of all the estate, real and personal, belonging to such church, and of the annual income thereof, which inventory shall be filed in the office of the Clerk of the County in which such building is situated.

4. Whenever any church incorporated under this Act shall be dissolved, by means of any non-user or neglect to exercise any of the powers necessary for its preservation, or otherwise, the same may be reincorporated in the mode prescribed in this Act, within six years from the date of such dissolution, and thereupon all the property, real and personal, belonging to such dissolved corporation, at the time of its dissolution, shall vest in such new corporation.

5. All conveyances to any church incorporated under this Act, of any real estate heretofore appropriated to the use of such church or the congregation thereof, or intended so to be, are hereby confirmed and declared valid and effectual.

SEC. 2. The Legislature may at any time modify, alter or repeal this Act.

SEC. 3. This Act shall take effect immediately.

III.

FORMULA "*OF INCORPORATION.*"

Know all men by these presents, that we, ..., Bishop of the Diocese of Ogdensburg, in the State of New York, and the Very Reverend ....., Vicar-General of such Diocese, and ....., the Pastor of ....., in such Diocese, pursuant to an Act of the Legislature of the State of New York, passed March 25, 1863, entitled "An Act supplementary to the Act entitled 'An Act to provide for the incorporation of Religious Societies,'" passed April 5, 1813, do hereby certify that we have selected and appointed, and we do hereby select and appoint ..... and ....., two Laymen, members of said church, to be, and act with us, as Trustees of said church, and to unite with us in signing a certificate, in duplicate, showing the name by which we and they, and our and their successors as such Trustees, shall be known and distinguished as a body corporate by virtue of the said supplementary Act.

And we, the said Bishop, Vicar-General, Pastor and two Laymen, do hereby make this certificate for the purpose of incorporating the said church as a religious

society, under and by virtue of said supplementary Act, and do determine and declare that we and our successors, as such Trustees, shall be known and distinguished as a body corporate by the name of ....., by virtue of said supplementary act.

In witness whereof, we have hereunto set our hands and seals this ..... day of ....., in the year of our Lord one thousand eight hundred and .....

(*Signatures.*)

STATE OF NEW YORK,
St. Lawrence County, } *ss.* :

On this ..... day of ....., 18..., before me personally appeared the Right Reverend ...., Bishop of the Diocese of Ogdensburg, and ....., Vicar-General of such Diocese, to me severally known to be the same persons described in and who executed the foregoing certificate as such Bishop and Vicar-General, and severally acknowledged that they executed the same.

(*Signature.*)

STATE OF NEW YORK,
..... County, } *ss.* :

On this ..... day of ....., 18..., before me personally appeared ....., to me severally known to be the same persons described in and who executed the foregoing certificate, and severally acknowledged that they executed the same.

(*Signature.*)

IV.

"*By-Laws*" QUARUM ADOPTIO COMMENDATUR PARŒCIIS JUXTA HANC LEGEM CONSTITUTIS.

By-Laws of ....., *in the* ....., *County of* .....

At a meeting of the Trustees of ....., held at ....., in ....., on the ..... day of ....., in the year of our Lord one thousand eight hundred and seventy- ....., the following by-laws were unanimously adopted:

1. It is hereby declared that the corporate powers of this Church are to be exercised in all things in conformity with the discipline of the Roman Catholic Church existing in the United States of America, and that this Church is bound to receive as the Pastor thereof, and as one of its Trustees, such Priest as the Rt. Rev. Bishop of this diocese, or the administrator thereof, may from time to time appoint. And whenever any Pastor thereof shall be removed by the Rt. Rev. Bishop of this diocese, or the administrator thereof, such Pastor shall cease to be a Trustee of this Church, and shall no longer be recognized as Pastor thereof.

2. The officers of this Church shall be the President, Treasurer and Secretary; the Rt. Rev. Bishop shall be the President thereof, ex-officio; the Treasurer and Secretary shall be elected by ballot annually.

3. A majority of the Trustees shall constitute a quorum for the transaction of business, — but in all matters relating to the sale or mortgage of the property of the Church, or to the incurring of any indebtedness on the part of the Church, exceeding one thousand dollars, or to the discipline of the Roman Catholic Church in this country, the presence of all the Trustees shall be indispensable. And in case the Rt. Rev. Bishop, or the Vicar-General, shall be unable to attend such meeting, it shall be competent for either of them to vote by proxy, or by letter, in writing; and such vote shall be accordingly received and recorded as if they were personally present.

4. There shall be at least one annual meeting of the Board of Trustees, to be designated by resolution entered on their minutes. Regular meetings may be held at such time as the board may direct. Special meetings may be called at any time by the Rt. Rev. Bishop, Vicar-General or Pastor.

5. The Treasurer shall keep regular accounts of the receipts and disbursements of the Church, which shall, at all times, be open to the inspection of any of the Trustees. The funds of the Church shall be kept on deposit in some safe bank (if practicable), in the name of the Church, and checks shall be signed by the Treasurer and countersigned by the Pastor. The accounts of the Treasurer shall be examined and audited by a member of the board at least once a year; and on the first

day of January of each year, or as soon thereafter as practicable, such account, together with a statement of the assets and liabilities of the Church, shall be prepared and printed, or written, for the information of the congregation, or otherwise laid before them, and two copies thereof delivered to the Rt. Rev. Bishop.

6. The Pastor shall have the custody of the books, papers and corporate seal of the Church. The Secretary shall keep the minutes of the board, and notify the members of meetings, general and special.

7. No member or members of the board shall have any power or authority to sign any note or other evidence of debt, or to contract any debt or liability on the part of this corporation. Indebtedness binding on this corporation can be created only in pursuance of a special resolution for that purpose, entered on its minutes and signed by at least three Trustees, if it do not exceed one thousand dollars in the aggregate, and by all of the Trustees if it exceed that sum.

8. The by-laws cannot be repealed, changed or modified, nor any additional by-laws adopted, unless by the unanimous vote of all the members of the Board. Any proposed change therein must be presented in writing, and entered on the minutes. The same shall not be voted on before the next succeeding meeting of the board.

V.

Regulæ Cancellariæ Diœcesanæ.

1. Dispensationes in re Matrimoniali *scripto* semper petantur.

2. Supplex libellus, qui a Pastore vel ab alio Sacerdote jus habente est componendus, (*a*) nomina oratorum, (*b*) naturam impedimenti, (*c*) et rationes quibus preces nitantur accurate describat; secus enim dispensatio periculo nullitatis exponitur.

3. Quoties pro Matrimonio mixto petitur dispensatio debet Sacerdos in supplici libello declarare, (*a*) utrum partes ab hujusmodi Matrimonio dissuaserit, (*b*) quo animo sint affectæ quoad conditiones postea servandas, (*c*) utrum pars Acatholica baptizata fuerit necne, (*d*) et quid ipse Sacerdos de periculo perversionis quoad partem Catholicam sentiat.

4. Item in petitionibus pro dispensatione ab impedimento consanguinitatis est aperte declarandum utrum Sacerdos partes pro viribus ab hujusmodi conjugio averterit.

5. Si dispensatio litteris per cursum publicum transmissis petatur, pecunia in casu solvenda in iis sit clausa, remittenda quidem si non concedatur dispensatio. Si vero ipsi oratores ad Cancellarium supplicem libellum deferunt, a Sacerdote de pecunia ab ipsis in casu solvenda præmoneantur.

6. Pro dispensatione in bannorum proclamationibus taxa exigitur fixa. Si super una tantum proclamatione dispensetur, dua solvantur scutata; si super duabus, scutata solvantur tria; si super omnibus vero proclamationibus dispensetur, scūtata solvantur quinque.

VI.

Materiæ Examinum per quinquennium distributorum.

Anno I.

De Sacra Scriptura. Pentateuchus, Josue, Liber Judicum, Ruth, IV Libri Regum, II Paralipomenon.

Ex Theologia Dogmatica. De Revelatione Divina, De Ecclesia.

Ex Theologia Morali. Tractatus de Actibus humanis, de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus, de Præceptis Decalogi.

Ex Historia Ecclesiastica. A Creatione mundi usque ad conversionem Constantini Magni.

Ex Liturgia. Rubricæ Missalis.

Anno II.

De Sacra Scriptura. II Libri Esdræ, Tobias, Judith, Esther, Job, Psalmi, V Libri Sapientiales.

Ex Theologia Dogmatica. De Verbo Dei (Loca theologica), de Deo Creatore, de Christo Deo.

Ex Theologia Morali. Tractatus de Præceptis Ecclesiæ, de Justitia et Jure, de Contractibus.

Ex Historia Ecclesiastica. A Conversione Constantini Magni ad S. Gregorium VII.

Ex Liturgia. Rubricæ Breviarii.

Anno III.

De Sacra Scriptura. Prophetæ Majores et Minores, II Libri Machabæorum.

Ex Theologia Dogmatica. De Sanctissima Trinitate, de Redemptore, de Gratia Christi, de Cultu Religioso.

Ex Theologia Morali. Tractatus de Statibus particularibus, de Sacramentis in genere, de Baptismo, de Confirmatione, de Eucharistia.

Ex Historia Ecclesiastica. A S. Gregorio VII ad Pseudo-reformationem sæculi XVI.

Ex Liturgia. Rituale Romanum.

Anno IV.

De Sacra Scriptura. IV Evangelia, Actus Apostolorum.

Ex Theologia Dogmatica. De Baptismo, de Confirmatione, de Eucharistia.

Ex Theologia Morali. Tractatus de Sacramento Pœnitentiæ, de Extrema Unctione, de Ordine, de Indulgentiis et Jubilæo.

Ex Historia Ecclesiastica. A Pseudo-reformatione sæculi XVI ad Revolutionem gallicanam.

Ex Jure Canonico. Statuta Diœcesis.

Anno V.

De Sacra Scriptura. Epistolæ Paulinæ, Epistolæ Catholicæ, Apocalypsis.

Ex Theologia Dogmatica. De Pœnitentia, de Indulgentiis, de Extrema Unctione, de Sacris Ordinibus, de Matrimonio, de Sacramentis in universum, de Vita futura.

Ex Theologia Morali. Tractatus de Matrimonio, de Irregularitatibus.

Ex Historia Ecclesiastica. A Revolutione gallicana ad tempus præsens.

Ex Jure Canonico. Leges civiles quatenus spectant ecclesias, sacerdotes, cœmeteria, associationes religiosas, etc.

VII.

INDEX ALPHABETICUS MATERIARUM.

N. B.—Numeri ad articulos principaliores appositi *Paginam*, cæteri vero *Statutum* indicant.

PAG.

ABSOLUTIO 16
Ad valide absolvendum requiritur jurisdictio. 59.
Expressa et specialis requiritur facultas ut quis a casibus reservatis absolvere valeat. 65
Casus reservati enumerantur octo. 65
Deneganda absolutio iis qui Societatibus Secretis renuntiare nolunt. 10.

ACATHOLICI..... 2, 3, 8
Quando acatholicorum infantes sint baptizandi. 27.
In Baptismo infantium acatholicorum Catholici habeantur patrini. 27.
In mortis periculo quivis infantes baptizari debent. 28.

ACOLYTHI 26
Diligenter instruantur, et cum ædificatione adsint Divinis officiis. 90.

ADJUTORES..... 29, 36
Nihil aggrediantur præter Pastoris voluntatem. 105.
Salarium ipsis constitutum est 300 Scutatorum. 129.

ÆDES EPISCOPALES..... 37
Ad eas comparandas præscribitur collecta annua. 133.

PAG.

ÆDES PASTORALES 6, 8, 38
In iis quandoque licet conferre Baptismum. 9.
Vide etiam PRESBYTERIUM.

ÆDES PRIVATÆ 6, 8
In iis extra necessitatem non conferatur Baptismus. 30, 31.
In iis non celebrentur Matrimonia inter Catholicos. 75.
In iis non detur benedictio puerperis. 35.

ÆDITUI 35
Modus constituendi Ædituorum societatem. App. III.
Societas ædituorum, administrat bona et reditus ecclesiæ. 124, 127.
Jus non habent æditui laici erogandi pecuniam sine licentia Pastoris vel Ordinarii. 125.
Æditui laici simul cum Pastore signant rationem annuam redituum et impensarum Ecclesiæ. 127.

ÆGROTI 19
Quanta cura visitandi et ad Sacramenta præparandi. 67.
Nulli in extremis negentur Sacramenta propter neglectas in vita ecclesiæ contributiones, neque comminatio fiat talis pœnæ. 68, 69.

ALTARE 27
Ab altari non discedat celebrans ad colligendam pecuniam vel quid simile peragendum. 94.

ANCILLÆ 42
Ancillæ sacerdotum quales debeant esse. 146.

APOSTATÆ 33
Apostatæ privantur ecclesiastica sepultura. 119.

BANNA 22
Ante Matrimonium publicanda, etiam tempore clauso. 77, 79.

PAG.

In uno bannorum quando sacerdos dispensare possit. 78.
Cæteroquin pro dispensatione ad Episcopum recurrendum per Cancellarium. 85, 86.
Taxa solvenda pro tali dispensatione. 87.
Dispensationes obtentæ in regestis notandæ. 86.

BAPTISMUS 7
Cuivis idoneo administretur. 24.
Laici docendi modum administrandi Baptismum privatum. 25.
Moneantur fideles de obligatione procurandi Baptismum infantibus. 26.
Contra fœticidium propter hanc rationem etiam premuniantur. 26.
Quando acatholicorum infantes sint baptizandi. 27.
In mortis periculo quivis infantes sunt baptizandi. 28.
Minister Ordinarius Baptismi est Pastor in suo districtu. 17.
Pœnæ suspensionis se exponunt qui infantes ex alieno districtu temere baptizant. 17.
Honoraria occasione Baptismi infantis ex alieno districtu recepta *titulo justitiæ* proprio Pastori transmittenda. 18.
Fons baptismalis in unaquaque ecclesiæ erigendus. 29.
Baptismus in ecclesia conferendus. 29.
In ædibus privatis licet Baptismum conferre privatum ob mortis periculum. 30.
Solemniter eum quandoque conferre licet in ædibus privatis. 31.
Non exigantur oblationes pro collatione Baptismi. 33.
Unus saltem patrinus adhibendus. 34.
Quinam ab hoc munere excludantur. 34.
In Baptismo infantium acatholicorum patrini Catholici habeantur. 27.

PAG.

Cæremoniæ omissæ propter necessitatem postea in ecclesia suppleantur. 30.
Librum baptizatorum singuli habeant Pastores. 23.

BENEDICTIO 10
Benedictio post partum fiat in ecclesia. 35.
Quibusnam mulieribus hæc benedictio deneganda. 36.

BENEDICTIO SS. SACRAMENTI. *Vide* EXPOSITIO.

BIBLIA 3
Acatholicorum Biblia a fidelibus arcenda. 8.

BINATIO 26
Sub quibus conditionibus permittatur. 92.

BONA ECCLESIASTICA 34
Administranda sunt a societate ædituorum. 124, 127.
Non contrahantur debita sine Ordinarii licentia. 123.
Æditui laici propria auctoritate non expendant pecuniam. 125.
Ratio annua reddenda a Pastore. 127.
Res proprias ne bonis ecclesiæ misceant Sacerdotes. 128.
Liber habendus in quo recenseantur res omnes tum ad ecclesiam, tum ad domum pastoralem pertinentes. 134.
A fidelibus oblata in usum Missionarii ad ecclesiam pertinent nisi de contrario certo constet. 134.

CÆREMONIALE 26
Sequendus est Liber : "Ceremonial for the use of the Catholic Churches in the United States." 89.

CANCELLARIA 24
Dispensationes per Cancellarium petendæ. 86.

Pro ejus officii impensis taxa solvenda. 87. PAG.
Regulæ Cancellariæ Diœcesaneæ. App. V.

CANTUS ECCLESIASTICUS 28
Carmina vernaculo idiomate infra Missarum solemnia vel Vesperas non cantentur. 101.
Id licet ante vel post functiones ecclesiasticas. 101.
Gloria et *Credo* concludantur in choro antequam Missa continuetur. 97.
Optandum ut ipse populus Divina officia cantare doceatur. 100.

CASUS RESERVATI 18
Ab illis nemo sine speciali facultate absolvere potest. 65.
Enumerantur. 65.

CATHEDRATICUM 37
A singulis Pastoribus solvendum quotannis infra Octavam Immaculatæ Conceptionis. 132.

CAUPONÆ 41
Clericis interdicuntur. 144.

CENSURÆ 31
Eas neque ferre, neque comminari propria auctoritate valent Pastores. 110.

CEREI 28
Candelae ex cera confectæ saltem duæ infra Missam ardere debent. 98.

CHIRURGIA 40
Eam non exerceant clerici. 140.

CHOREÆ 40
Iis clerici ne intersint. 140.

CLERICI 39
Exemplum sint fidelium. 138.

PAG.

Ipsam mali suspicionem fugiant. 139, 140, 142.
Utantur victu modesto. 145.
Vestem talarem vel saltem clericis congruam gerant. 139.
Sæcularia negotia et mundanæ recreationes iis prohibentur. 140, 142.
Tribunalia civilia temere ne adeant. 141.
Cauponarum aditus iis interdicitur. 144.
Fidelium pecuniam in depositum fœneraticium non accipiant. 143.
Censuras incurrunt qui ecclesiasticam vel religiosam personam de re stricti juris ecclesiastici coram civili tribunali citant. 141.
Mulierum contubernium et familiaritatem non admittant. 146, 147.
Ancillæ eorum sint irreprehensibiles. 146.
Vocationes ad sacerdotium a Pastoribus foveantur. 71.
Pro clericorum institutione præscribitur collecta. 133.
Clericis commendatur institutio Societatis mutui subsidii. 135.

CŒMETERIA 32
Prorsus pauperes gratis sepeliendi. 121.
Pecunias e cœmeteriis derivatas pro ipsis cœmeteriis expendant Pastores. 116.
Quandonam in cœmeteriis non catholicis fideles humari possint. 118.

COLLATIONES THEOLOGICÆ..... 39
Semel in anno habebuntur. 136.

COLLECTÆ 37
Tres quotannis fient in Diœcesi. 133.
Qui pro se ipso collectam instituit suspensione punitur. 130.
Sacerdos extraneus per Diœcesim collectam instituens sine licentia Ordinarii non permittatur celebrare. 114.

PAG.

COMMUNIO 11
Fideles ad frequentem Communionem adhortandi. 41.
Quomodo ad infirmos sit deferenda iisque ministranda. 45, 46, 47.
Periculose infirmis potest sæpius deferri. 45.
Non deferatur Sanctissimum Sacramentum nisi ex causa actuali et urgenti. 48.
Super pectus semper gestandum. 46.
Tempus Communionis Paschalis a prima Dominica Quadragesimæ usque ad Dominicam Sanctissimæ Trinitatis extenditur. 41.
Ad primam Communionem diligenter præparandi pueri. 42.
Solemniter hæc detur post triduum exercitiorum. 43.
Ad eam admittantur citius pueri morituri. 44.

COMPLEX 18
Quando non valeat absolvere. 65.
Casum reservatum incurrit qui absolvit complicem in peccato turpi. 65.

CONCILIA 1
Concilium Plenarium Baltimorense II et Concilia Provincialia Neo-Eboracensia in hac Diocesi promulgata declarantur. 1, 2.
Singulis saltem annis legendum Concilium Baltimorense II. 3.

CONFESSARIUS 16
Ut valide exerceat munus, habeat jurisdictionem necesse est; quare quas facultates habeat, quas non habeat exquirat. 59.
A casibus reservatis nemo sine speciali Episcopi licentia absolvere valet. 65.
Confessarius confessiones excipiat, toga talari superpelliceo et stola indutus. 19, 61.
Quibus dotibus ornatus esse debeat. 58.
Libertatem conscientiæ foveat. 62.

PAG.

Sigillum scrupulose servet. 58.
Paratum semper se exhibeat ad audiendas confessiones presertim Sabbatis et Festorum vigiliis. 63.
Pueri statim ab usu rationis quater saltem in anno audiantur. 64.

CONFESSIONALIA 16
In omnibus ecclesiis erigenda. 60.
Extra ea non excipiendæ confessiones feminarum nisi in casu necessitatis. 60.

CONFIRMATIO 10
Ad eam instruendi et præparandi presertim temporibus devotionum extraordinariis. 37.
Patrini in Confirmatione adhibendi; quot et quales. 38.
Liber confirmatorum a Pastoribus tenendus. 23.

CONSULTORES EPISCOPI vi
Designantur in *Proœmio.*

CORPORALE 13
Semper sit nitidum et mundum. 14, 46.

CULTUS DIVINUS 25
Eum maxime curat Ecclesia. 88.

DEFUNCTI 32
Defunctorum Liber habendus est. 23.
Pro defuncto celebretur, corpore præsente. 115.

DEPOSITUM 41
Depositum pecuniæ non accipiant Sacerdotes. 143.

DISPENSATIONES ..... 22, seqq.
Per Cancellarium petendæ, et quidem in scriptis, expositis rationibus canonicis. 85, 86.
Dispensationes obtentæ in regestis notentur. 86.
Pro dispensationibus in bannis et aliis taxa seu eleemosyna solvenda. 87.

PAG.

DUELLUM 34
Eo pereuntes privantur ecclesiastica sepultura. 119.

ECCLESIA 2
Extra Ecclesiam nemo salvatur. 5.

ECCLESIÆ 34
Nulla ædificanda, notabiliter mutanda aut debitis oneranda sine licentia Episcopi. 122, 123.
Ecclesiæ rebus res suas ne commisceant Sacerdotes. 128.
Salaria ab ecclesia debent quotannis accipi aut secus ecclesiæ donari. 131.
Extra ecclesiam non conferatur Baptismus absque gravi causa. 30.
Neque extra eam benedicatur puerpera. 35.
Ecclesia jam A. D. 1749, Ogdensburgi ædificata sub titulo "Præsentationis Beatæ Mariæ Virginis." App. I.

EPHEMERIDES 3
Improbarum lectio vetetur; bonæ vero commendentur. 8.

EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM 11
Quanta cum reverentia sit tractandum. 39.
In uno tantum loco ecclesiæ asservetur. 49.
Quomodo custodiendum. 50.
Lampas aut saltem lumen aliquod coram eo luceat. 52.
Particulæ singulis octiduis renovandæ. 51.
Visitatio Sanctissimi Sacramenti commendetur. 41.
Quomodo sit ad infirmos deferendum. *Vide* COMMUNIO.

EXAMEN 39
Sacerdotes ab anno 1871 ordinati per quinquennium examen subibunt. 137.
Materiæ examinis hujus describuntur. App. VI.

PAG.

EXAMINATORES vi
Examinatores cleri et librorum designantur. In *Proœmio.*

EXPOSITIO ET BENEDICTIO SANCTISSIMI SACRAMENTI 15
Sanctissimum solemni cultu aliquando exponendum. 53.
Non fiat nisi ex causa Ordinario probata. 54.
In ea expositione stricte serventur præscripta in Cæremoniali. 54.
Quadraginta Horarum Expositio commendatur. 55.
Potest hæc fieri cum modificationibus indultis pro diœcesi Baltimorensi. 56.

EXTREMA UNCTIO 19
Fidelibus opportune procuranda maxime cum adhuc gaudent usu rationis. 66, 67.
Sacramentum hoc non negandum iis, qui ecclesiæ subsidia debita subtraxerunt. 68.
Caveant pastores a suscipiendo onere sive describendi sive exequendi testamentum ægrotorum quos visitant. 70.

FESTA 30
Festi dies colendi populo in antecessum annuntiandi. 107.
Festum Præsentationis Beatæ Mariæ Virginis est festum Patronale civitatis episcopalis Ogdensburgensis. 103.
Festum patronale seu titulare cujusque ecclesiæ celebrandum. 104.

FIDES 2
Fidei Catholicæ pretium populus edoceatur. 4.
De fide est extra Catholicam Eccclesiam neminem salvum fieri posse. 5.

PAG.

Vetanda communicatio in sacris cum hæreticis et schismaticis. 7, 65.

FŒTICIDIUM 7
Contra illud præmuniantur fideles. 26.

FONTES BAPTISMALES 8
In unaquaque ecclesia erigantur. 29.
Sub operculo et sera serventur. 29.

HÆRETICI 7, 33
Eorum conciones audire vetitum. 7.
Privantur ecclesiastica sepultura. 119.
Vide ACATHOLICI, MATRIMONIUM.

HONORARIA 18
Percepta ex alienis ovibus proprio eorum pastori restituenda. 18.

INDIFERENTISMUS 2
A populo propellatur. 6.

INFIRMI. *Vide* ÆGROTI.

JEJUNIA 30
Populo opportune annuntientur. 107.

JURISDICTIO 16
Requiritur ad audiendas confessiones. 59, 65.

LAMPAS 14
Lampas aut lumen saltem constanter coram Sanctissimo luceat. 52.

LIBER 6, 37
Libros habere debent pastores baptizatorum, confirmatorum, matrimoniorum, defunctorum et bonorum ecclesiæ. 23, 134.
Libri catholici disseminandi. 8.
Libri pravi a fidelibus arceantur. 8.

LINGUA 7, 28
Lingua Latina exarentur regesta ecclesiæ. 23.

PAG.

Lingua vernacula non cantentur carmina infra Missarum solemnia vel Vesperas. 101.
Id licet ante vel post functiones ecclesiasticas. 101.

LUDI 40
Clerici fugiant ludos illicitos vel qui scandalum parere possint. 140.
Ludis scenicis ne intersint. 140.

MAGNETISMUS 3
Ab ejus abusibus removeatur populus. 9.

MANUALE CÆREMONIARUM 26
Stricte sequendum. 89.
Speciatim id præscribitur pro Expositione Sanctissimi Sacramenti. 54.

MARIA VIRGO 28
Sine labe concepta fuit electa in Patronam Fœderatorum Statuum, et proclamatur specialis Patrona Diœceseos. 102.
Ejus festum Præsentationis constituitur dies specialis devotionis pro civitate Ogdensburgensi. 103.
Ecclesia in ejus honorem hic erecta A. D. 1749. App. I.

MATRIMONIUM 21
Nupturientes ad hoc Sacramentum bene parentur potissimum per Confessionem et Communionem. 73.
Foveatur praxis ea infra Missam benedicendi vel comitante Missa celebrandi. 74.
Saltem mane contrahatur in ecclesia. 75.
Examinandi nupturientes circa possibilia inter eos impedimenta. 76.
Pro BANNIS, *vide* BANNA.
Dispensationes pro Matrimonio per Cancellarium petendæ. 86.
Obtentæ dispensationes sunt in regestis notandæ. 86.

PAG.

Amovendi sunt fideles a nuptiis ineundis tempore clauso. 79.
Ne quis alterius pastoris fideles conjungat. 17, 84.
Honoraria tali occasione percepta sub titulo justitiæ restituenda. 18.
Matrimonia mixta dissuadenda etiam per instructionem quotannis dandam de eorum periculo. 80.
Sub quibus conditionibus tolerari poterunt. 81.
Matrimonia mixta celebranda sine ullo ritu sacro et extra ecclesiam. 82.
Qui Matrimonium contraxit coram præcone acatholico excommunicationem reservatam incurrit. 83.
Matrimonia Catholicorum non sunt extra ecclesiam celebranda. 75.
Matrimoniorum liber tenendus. 23.

MEDICI 7
Curetur ut sciant conferre Baptismum in necessitate. 25.
Non permittantur occidere infantem in utero matris. 26.

MEDICINA 40
Eam non exerceant clerici. 140.

MISSA. *Vide* SACRIFICIUM MISSA.

MULIERES 42
Mulieres non consanguineæ non habitent cum Sacerdotibus. 146, 147.
Clericorum ancillæ sint tales quæ effugiant omnem suspicionem. 146.
Confessiones mulierum non audiendæ extra confessionale nisi in necessitate. 60.
Vide BENEDICTIO.

MUSICA 28
Musica non adhibeatur propter se, sed quantum ducit ad decorem cultus. 99.
Cætera vide in verbo CANTUS ECCLESIASTICUS.

PAG.

MUTUUM SUBSIDIUM 38
Societas Mutui subsidii commendatur clericis. 135.

NEGOTIATIO 41
Prohibetur clericis. 142.

NUTRICES et OBSTETRICES 7
Sciant baptizare in necessitate. 25.

OCCISIO 33
Se ipsos occidentes privantur ecclesiastica sepultura. 119.

OFFICIA DIVINA 25
Digne Deo peragantur. 88.
Hora opportuna eaque præcisa inchoentur, nec diutius protrahantur. 91.
Juxta Missalis et Cæremonialis præscripta fiant. 89.
Quæ præscripta sunt in liturgia performentur in lingua Latina. 101.
Optandum ut ipse populus Divina Officia cantare edoceatur. 100.

OLEA SACRA 6
Nova quam primum habeantur, et vetera comburantur. 21.

ORDO (Sacramentum) 20
Ut ad eum suscipiendum ducantur idonei juvenes a Pastoribus et parentibus est curandum. 71.

PARAMENTA 25, 26
Habeantur ea quæ sunt necessaria, et sint munda. 90.

PASTORES 29
Unicus erit singulis districtibus præpositus, cui suberunt alii Sacerdotes. 105.
Qua ratione sint amovibiles. 106.

PAG.

Salarium pastoribus constitutum est mille scutatorum. 129.
Pecuniam pro se colligere præter collectas toleratas, vetantur Pastores. 130.
Rationem annuam pecuniæ, tum receptæ, tum expensæ tenetur reddere Pastor. 127.
Donum Cathedraticum solvere debent Pastores. Quando. 132.
A suo districtu abesse non possunt Dominicis et diebus festis de præcepto. 108.
Cætera vide in verbis CLERICI, SACERDOTES, PRÆDICATORES.

PATRINI ..... 8 seqq.
Unus vel una habeatur in Baptismo solemni. 9.
Quales esse debeant, et quinam excludantur ab hoc munere. 34.
In Baptismo infantium acatholicorum Patrini debent esse Catholici. 27.
In Confirmatione adhibeantur. 38.

PATRONA DIŒCESEOS. *Vide* MARIA VIRGO.

PATRONUS 28
Festum Patroni ecclesiarum celebrandum. 104.

PAUPERES 34
Gratis sepeliantur. 121.

PECCATORES 34
Impœnitentes privantur ecclesiastica sepultura. 119.
Publice criminosi excluduntur a munere Patrinorum. 34.

PŒNITENTIA 16
Hoc Sacramentum magna cura administrandum. 57. *Vide* CONFESSARIUS.

PONTIFEX ROMANUS 3
Reverentiam, obedientiam et devotionem erga Sanctam Sedem exhibeant omnes, et Romano

PAG.

Pontifici subsidium orationis et eleemosynæ conferant. 11.
Pro eo præscribitur collecta. 133.

PRÆDICATORES VERBI DEI..... 30, 31
In vitiis insectandis, peccata, non peccatorem oppugnet Prædicator. 111.
Non utatur loco sacro ad ulciscendas privatas injurias. 111.
Sacerdotes ignoti ad prædicandum non admittantur, sed tantum tales qui in propria diœcesi facultatibus præditi noscuntur. 112, 113.
Non prædicare permittatur Sacerdos qui fuerit hinc dimissus, vel a Nobis facultatibus privatus. 113.

PRÆSENTATIO..... 29
Prima ecclesia in situ civitatis Ogdensburgensis sub hoc titulo erecta. 103. App. I.
Est Festum Patronale civitatis Episcopalis. 103.

PRESBYTERIUM..... 38
Res ad illud pertinentes in regestis bonorum ecclesiæ describendæ. 134.
Vide etiam ÆDES PASTORALES.

PUERI..... 12, 17
Sedulo præparandi ad primam Communionem. 42.
Per triduum ante hanc piis exercitiis vacent, et confessionem generalem instituant. 43.
Possunt Viatico muniri etiam juniores, modo Divinum Panem discernant. 44.
Quater saltem in anno etiam juniores ad Confessionem vocandi. 64.
Instruendi sunt quidam in munere acolythorum. 90.

PUELLÆ..... 17
Puellarum confessiones non audiantur extra confessionale. 60.
Non suscipienda earum tutela. 70.
Pro cæteris vide PUERI.

PAG.

PYXIS 13
Super pectus innitatur, quando in ea defertur Sanctissimum ad infirmos. 46.

QUADRAGINTA HORARUM ORATIO 15
Hæc devotio commendatur. 55.
Quomodo fieri possit. 56.

RATIO ANNUA 35
Reddenda a pastore de statu missionis. 124.
Pariter de re gesta pecuniaria ecclesiæ. 125.

REGESTA 6, 37
Libros quatuor in Rituali enumeratos et Latine exaratos tenere debent singuli Pastores. 23.
Præterea liber habendus in quo describantur res quæ ad ecclesiam et ad domum pastoralem pertinent. 132.
Dispensationes obtentæ in re matrimoniali sunt in Regestis notandæ. 86.

RITUALE 6
Rituale Romanum vel ejus Compendium diligenter sequendum. 22, 88.

RITUS SACRI 25
Serventur omnes præscripti ab Ecclesia. 88.

SACERDOTES 29
In singulis districtibus unus erit Pastor, cæteris Sacerdotibus ei subjectis. 105.
A suo districtu non absint diebus Dominicis et festis sine licentia Episcopi. 108.
Sacerdotibus sæcularibus commendatur ut constituant societatem Mutui subsidii. 135.
Sacerdotes extranei non leviter admittendi ad exercitium functionum clericalium. 112.
Cætera quære in verbis CLERICI, PASTORES.

PAG.

SACRAMENTA 4
Sancte tractanda. 12.
Paratus sit semper sacerdos ad ea ministranda. 12.
Pastores populum de eorum virtute et de præparatione iis præmittenda instituant. 13.
Materiæ Sacramentorum reverenter custodiantur. 14.
Nihil eorum occasione a fidelibus exigatur, sed tantum sponte oblata accipiantur. 15.
Sacerdos proprio arbitrio non administret Sacramenta extra suum districtum. 16.
Neque in suo districtu fideles alterius districtus Matrimonio conjungat, aut eis Baptismum conferat. 17, 84.
In omni Sacramentorum administratione Rituale Romanum servandum. 22.
In iis administrandis, deferantur quando id fieri potest, toga talaris, superpelliceum et stola. 19, 20, 61.

SACRIFICIUM MISSÆ..... 26, 27
Stipendium pro Missa privata est unum scutatum. 95.
Non permutentur intentiones, nisi etiam permutentur stipendia. 96.
Festinatio et prolixitas in Missæ celebratione vitandæ. 88, 91.
Intra Missam non relinquant altare Sacerdotes ad colligendam pecuniam vel quid simile peragendum. 94.
Qua ratione binatio permittatur. 92.
Moneantur fideles de obligatione Missam audiendi, et eis prænuntientur dies hujus obligationis implendæ. 107.
Celebrans non potest Missam prosequi dum *Gloria* vel *Credo* cantantur. 97.

SALARIUM 36
Quale sit pro Pastoribus, pro Adjutoribus. 129.
Non potest de anno in annum accumulari inter debita ecclesiæ. 131.

PAG.

SCHISMATICI. *Vide* HÆRETICI.

SCRIPTURA SACRA 3
Biblia acatholica a fidelibus arceantur. 8.

SEMINARIUM 21
Ad Seminarii opus sustendandum excitentur fideles. 72.
Annua in Seminarii opus præscribitur collecta. 133.

SEPULTURA ECCLESIASTICA 32
Curent pastores ut Missa pro defuncto, corpore præsente, celebretur. 115.
Quinam sepultura ecclesiastica privandi. 119.
Pauperes gratis sepeliendi. 121.

SOCIETATES SECRETÆ 3
Ab iis abstinere jubeantur fideles, secus iis denegetur absolutio. 10.
Sacerdotes non temere pronuntient aliquam societatem Secretam et damnatam. 10.

SOLLICITATIO 18
Est casus reservatus. 65.
Non valet absolvi persona sollicitata non denuntians. 65.
Falso denuntians incurrit casum reservatum. 65.

SPECTACULA 40
Iis ne intersint clerici. 140.

SPIRITISMUS 3
Ab ejus periculis fideles defendantur. 9.

STATUTA 1
Singulis annis legenda. 3.
Sunt materia examinis. App. VI.

STIPENDIUM. *Vide* SACRIFICIUM MISSÆ.

PAG.

STOLA 6
In Sacramentis administrandis semper est adhibenda. 19, 20, 61.

SUPELLEX 4, 38
Supellex sacra sit munda 14.
Supellex domus pastoralis in Libro bonorum ecclesiæ describenda. 134.

SUPERPELLICEUM 6, 17
In administratione Sacramentorum adhibendum. 19, 61.

SYNODUS ..... v, 1
Synodi Albanenses I et II confirmantur et renovantur. 2.
Synodus Ogdensburgensis I convocatur. In *Proœmio.*

TABERNACULUM 14
Quale esse debeat. 50.

TESTAMENTUM 20
Illud pro ægroto describendi vel exequendi munus recuset Pastor. 70.

TITULUS 28
Festum tituli ecclesiarum celebrandum. 104.

TRIBUNALIA 40
Ea non temere adeant clerici, etc. 141.

VAGI 31
Sacerdotes vagi non permittantur exercere munera clericalia. 112.

VENATIONES 40
Illicitis abstinere debent clerici. 140.

VESPERÆ 28
Infra eas non decantentur carmina vulgari idiomate. 102.

PAG.

VESTES 25, 40
Vestis talaris deferatur in clericalibus muniis obeundis. 19, 61.
Ea etiam aliis temporibus utantur clerici. 139.
Saltem vestes clericis congruæ semper gerantur. 137.
Vestes sacræ sint mundæ. 90.

VIATICUM 12, 13
Tempestive ad infirmos deferendum. 45.
Possunt in eodem morbo infirmi eo sæpius muniri. 45.
Quinam pueri eo sint muniendi. 44.

VOCATIO ECCLESIASTICA 20
Foveatur in juvenibus aptis. 71.
De ea doceantur parentes. 71.